



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Insignis Obedientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

natae usu, nec roboratae. Postremo ignota societate omnibus, exosa Hereticis. Tali statu Prouinciam quam & ipse genuerat, moderandam suscepit Canisius. Quo autem prouexerit, quae deinceps referentur, ostendent.

*Quo animo  
prouincialium  
acceptionem  
cepit.*

*Insignis obe-  
dientia.*

Ceterum quo se minus rebatur idoneum, hanc industriam enixius, hoc ad omnem virtutem in perpetuum magis contendit, ut quod factum opus esset prius agendo, quam praecipiendo, intentoque potius digito, quam vocis sono monstraret. Doluit in primis imminutam sibi obediendi materiam; & beatam, quam in obsequij sinu repererat mentis tranquillitatem. Vouerat olim, ut non proditum a nobis est, quod ad suum commodum deque vno in locum alium profectioe attineret, nihil vnquam moturum. Eius sponsonis ita memoriam, ita custodiam retinebat, ut subierit religio, simul ac renuntiatus est Prouincialis, ne contra eam facere aliquo pacto videretur, si quando pro suo munere quopiam accurrendum esset, antequam profectiois iussum ab Vrbe perferretur. Itaque rem omnem aperiendam beato Patri censuit, a quo omni liberatus est scrupulo. Nec tamen ille ad praecipendum euectus, obediendi

vlllo



ullo modo exercitationem remisit, sed potius auxit, vnde cunq̄ captans alienę potius sententię, quam suę sequēdę occasionem: nec ægrius quicquam ferens, quàm cum vel ab Vrbe serius referbantur responsa, vel incidebant causę, quę inde peti mandata non finerent.

*Finis Libri Primi.*

